

67 3. & 4. has varietates opinionum ita temperat, ut prima procedat, quando restator statim, vel in singulos annos legat pro refectione: si vero legat eo tempore quod indiget, pro luminariis, ornamentis, fabrica, &c. quia tunc relinquunt loco, & non personis, debetur; quando vero relinquunt Ecclesie pro reparatione ornamentorum, utensilium, & fabricae, non debetur: sicut nec debetur, quando usus est indeterminatus: *d. c. Ex parte, el. 3. de verb. signif. sicut etiam debetur quando non destinatur perpetuo cultui divino: dicto cap. Ex parte, juncto text. in cap. Requiriti, de testam. ita ut contemplato loco, debeat; contemplata vero persona, non debeat: vide Seraphinum latius: & de eodem tam pro fabrica, quam pro relicto Confraternitati, sive aliis quibuscumque locis: videndus Barb. in Passor. alleg. 75. ex num. 43.*

68 Non solum ergo debet habere ornamenta Ecclesia Cathedralis, ipsius majestati convenientia, ut diximus; sed alia plura prout sunt Calices, vasa aurea, & argentea candelabra, Crucis, Imagines, & alia plura, veluti tapeta, peristromata, aliaque ornamenta ferica que ad usum Ecclesie spectant; de quibus omnibus nihil modò particulare se offert.

70 De Reliquiis verò Sanctorum paulisper immorandum est: cum enim Sanctorum Reliquiae promptuarie Dei, & pura Christi habitacula, Spiritus sancti immaculata Specula sint, teste Concilio Niceno 2. *Actio 3. tom. 2. Conciliorum, pag. mibi 498. Fulco de Vist. lib. 1. cap. 8. num. 8. Maranta contror. l. r. par. 2. contror. 3. num. 10. unde Ecclesie in quibus collocantur, sub ipsorum Sanctorum patrocinio constituuntur, ad beneficia à Deo promerenda, pro reverentia qua in praedictis Ecclesiis coluntur; juxta tradita per Trident. sess. de venerat. invocat. & Reliquiis Sanctorum, quod ante, per quinque secula, in nostra Metropolitana, & CesarAugustana, à Rege Aragonie Alfonso observatum fuerat; qui cum Caput sanctissimi Presulis, & Patroni nostri Valerii ejusdem Civitatis Episcopi, à Guillelmo Petro Meldensi Episcopo, sub quo tunc Dorrensis erat Ecclesia, ubi corpus illud sanctissimum requiescit, obtineret; propriis manibus ad nostram Ecclesiam transfudit, ingentique Procerum comitatu, & pompa stipatus donavit, causam donationis exprimens, nempe, ut ubi corporaliter praefuerat, spiritualiter quoque proficeret: de quibus videnda sunt, que lato calamo diximus de unica & perenni Cathedralitate CesarAugustana, cap. 3. num. 20. usque ad 46. & cap. 15. num. 48. & seqq. quod idem de Brachio ejusdem S. Patroni, Anno 1121. fecisse traditur: de quo diximus d. num. 48. & de utilitate sanctorum Reliquiarum ad beneficia à Deo impetranda, videndus latissimè Malleus Hetericorum nostrorum temporum, venerabilis Cardinalis Robertus Bellarminus *Contror. Fidei, tom. 2. lib. 2. de Reliq. Sanctor. cap. 3. late Fulco de Vist. lib. 1. cap. 8. per totum, ubi plura exempla tradit de Sanctorum intercessione per Reliquias ipsorum; Ricciol. Incubrat. Ecclesiast. lib. 1. cap. 10. ubi Novatoribus respondet: & cap. 15. cum pluribus seqq. ubi cap. 23. quantæ venerationis fuerint apud Hispanos, in maximam nostræ Nationis gloriam enarrat; & cap. 28. & 29. utilitates quibus donantur ex eis adducit. Plura autem de Sanctorum Reliquiarum veneratione scitu digna, tradit Carolus Maranta *contror. l. r. par. 2. responsio 3. ex num. 3. & quod hic plus Christianæ Religionis cultus, & devotio erga Sanctas Reliquias à Sancto Paulo duxerit originem, probat Baronius Anno 55. num. 29. & de Translatione agit ibid. num. 17.***

77 Has sanctas Reliquias licet in omnibus Ecclesiis asseruari conveniat, locuturque propriis illarum cultui sit destinandus; tamen particulari ratione in Ecclesiis Cathedralibus collocandæ sunt: D. enim Gregorius Papa lib. 5. Epist. 5. 6. & 10. ad Ladislaum Hungaria Regem, Legatos misit, ut Reliquiae magna cum diligentia perquisitæ decensius recederentur, atque ideò locus huic cultui proprius, est Ecclesia: *h. Decernimus, ubi Doctores omnes notant, C. de Episc. & Cleric. non tamen quæbet, sed in illis collocandæ sunt, in quibus sunt Clerici, qui sacris Cineribus psallendo fig-*

quens famulentur; ut ex Concilio Eupanensi *can. 25. observat Ricciol. Incubrat. Eccles. lib. 1. cap. 35. num. 2. taliter quòd deficiente servitio Ecclesie per carentiam Ministrorum, Reliquiae ab ea sunt auferendæ, & alibi collocandæ: ex text. in cap. 1. & 2. de lere Patron. cap. Si plures, cap. Considerandum, 16. qu. 7. quod intelligendum est donec instauratur servitium; & eodem Ricciolo *cap. 50. quæ doctrina pro Cathedralibus destructis, & instauratis deservire poterit. Sed pro dolor! Hispania devastata, & Civitatis CesarAugustana depopulationis temporibus, Anno 716. Reliquiae nostra Ecclesia transportata ab Episcopo Bencio, inter quas Caput Sancti Hermenegildi, & magnam os Sancti Petri, cum aliis innumeris, nunquam restituta fuerunt: de quo videnda sunt que diximus in *Tr. unica Cathed. CesarAug. cap. 4. num. 36. & 49. & cap. 5. num. 34. unde cum non sint alia Ecclesie, ubi frequentius quàm in Cathedralibus psallatur, ex præcepto à lere injuncto quotidie celebrandi, & Horas Canonicas psallendi, de quo in cap. 1. c. Dolentes, de celeb. Miss. Concil. Trident. sess. 24. de Reform. cap. 12. late Gratian. discept. 298. ex num. 18. nullæ propterea Ecclesie imaginis idoneæ videntur, ubi decensius collocari valeant quàm in Cathedralibus, in quibus invenitur singularis decencia ex parte ornatus, ex parte loci, ex parte asservationis, & ex frequentia populi accedentis pro illarum cultu, & veneratione.***

Licet enim Aegyptiorum morem condendi cadavera in lectulis, & lymphodis, non solum terra, D. Athanasius ut absurdum abrogaverit? Reliquias verò Sanctorum sub terra condere consuevit; unde antiquus mos Ecclesie tenuit, ut Altaria sepulchra essent, Martyriaque ideò nuncuparentur; de quo late diximus *cap. 5. de forma & struct. Eccles. Cathed. ex num. 174. tamen membra præcipua reliquis relinquebantur, certique diebus perspicua veneratione colenda exhibebantur: ut ex Baronio *tom. 4. Anno 172. pag. 332. lit. E. & Anno 389. pag. 602. lit. E. observat Ricciol. *supra* num. 4. hacque ratione *num. 5. & 6. docet locum debere fabricari proprium, idest Armarium loco infernum, à quo abis humiditas, omneque immundum, sufficiens clausula munitum, ubi reponantur in thecis aureis, vel argenteis, aliaque decetur ornati: hujus verò loci custodem Sacrificam esse debere ex eo conjicio, quia claves hujus Armati penes ipsam Ecclesie Thesaurarium, debent reponi, *cap. 1. & 2. de Casto. Euchar. ante eas autem lampas jugiter ardeat, consentaneum est, ad significandum Sanctorum exempla, lucem esse, quæ ad æternam lucem nos dirigit; tum etiam, quia communicant nobiscum, ut lux bona: ex Ricciolo *d. cap. 35. num. 8.*****

Jam ergo patet, quæ de causa in fabrica nostræ Sacrificie laudabiliter decretum sit fieri Sacellum intus positum, decensissimè ornatum, ubi Altare ponitur; cujus ambitus Armarium mitifica structura compositum continet, ubi omnes sacre Reliquie collocatæ asservantur; quo aperto omnia apparent, clauso vero, dedicatio conspicitur sanctissimæ Trinitatis, miro modo, & arte confecta, ubi quotidie plures Missæ à Dignitatibus, & Canonicis celebrantur, ut honor Sanctis Patronis exhibeatur, ipsique sua protectione, & potentissima apud Deum Optimum Maximum intercessione nostris necessitatibus, & Ecclesie nostræ subveniant, nobisque tandem æternam impetrent felicitatem.

De aliis verò questionibus Reliquiarum, tam circa modum approbationis, quàm publicæ expositionis pro adoratione, alienatione ipsarum, & aliis quæ circa materiam nostri Capituli versantur, consule late Marantam, dicto *tom. 2. responsio 3. latissimè Antonium Ricciolum Incubrat. Ecclesiast. lib. 1. per totum, Ferrandum integro tractatu Disquisitionis Reliquiarum; Concilium Trident. sess. 25. de Reliquiis, & vener. Sanctorum, ubi Scribentes, & præcipue an Corporalia sint tamquam Reliquie veneranda: videndus Diana late *resoluit. Moral. par. 1. tract. 6. resoluit. 26. Et licet ille Author tantum quoad adorationem resolvat, tamen hæc questio conducit ad declensionem alterius, videlicet an inter immobilia computentur quoad facultatem alienandi; cum certum sit Reliquias, & alia sacra non posse**

posse alienari; late Maranta *dict. contror. 3. usque ad 9. juncto num. 15. & num. 19. & seqq. Ricciolum dicto lib. 1. cap. 44. ubi ponit limitationes. Licet Diana negativè resolvat, *resol. moral. par. 10. tract. 14. resol. 21. ad idem videndi Maranta par. 2. resp. 3. Ricciolum Incubrat. Ecclesiast. lib. 1. cap. 44. cum tamen certum sit, hæc omnia sicut cetera bona Ecclesie non posse alienari absque necessitate, vel utilitate præcedente. Penna *decis. 778. num. 5. & 6. secundum Lugdunensem impressionem, & juxta Doctorum declarationes.***

Ad hæc, Sacrificam quæ sit locus sacer, Tiberius Decianus *lib. 6. cap. 24. num. 33. decenter convenit ornari, atque adeo Crucem, vel aliam Imaginem, cui Sacerdos vestibus sacris indutus reverentiam exhibeat, apponi necesse est; ut habetur ex *Rubric. Missal. 23. quam reverentiam, humiliationem intelligit Alcozet in *Ceremon. tract. 2. glof. 2. super 2. Rubric. Debet item in Sacrificia adesse vas sive fons parvulus pro ablucendis manibus eorum, qui res sacras pertractant, præcipue Sacerdotis, ex Pontificali Romano *par. 3. tit. de ordine ad Synodum: & sequitur Arboleda in *praxi, de Sacram. tit. de Sacram. Euchar. circa 1. rubric. nota 17. de quibus etiam aliqua agit Ceremoniale ejusdem Papæ Clementis VIII. lib. 1. cap. 6. de offic. Sacrificæ, ubi injungitur ut curam habeat de mantilibus pro manibus Sacerdotum abstergendis, ut in promptu sint.*****

Alia verò circa electionem Sacrificæ, numerum Coadjuvantium, solutionem salarii, ad quem scilicet pertineant? suum locum habent: nunc vero tantum de loco Sacrificæ sermo: quæ tam in hoc capite, quàm in aliis, pluribus questionibus omittimus, quas, ut claritate, & ordine procedatur, hic includere non licuit, ne in infinitum hunc tractatum protraheremus, & lectori crearem fastidium; suis verò locis singula tractata invenies, & tractatibus distinctis aptius accommodata.

Sed licet hæc vera sint, & decor atque augmentum cultus divini, majestatique servitii tam circa utensilia vasorum, quàm ornamentorum, maxime ad augmentum nostræ Catholicæ Religionis conducant, cum unum sit ex his quæ ipsius veritatem confirmant, ut notavit Thomas Bozzius *de signis Ecclesie, signo 87. cap. 6. fol. mibi 336. in impressione Romana, de anno 1597. de quo plura non vulgaria, & à quo tempore incæperint, diximus in *tract. de unica & perenni Cathedralitate CesarAugustana, cap. 9. ex num. 43. tamen dubitari potest an liceat vasa sacra, idest Calices, & alia utensilia, ornamenta, & paramenta distrahere, vel testamentum de illis disponere liberè, sicut de aliis rebus profanis? an vero tamquam spolia Clericorum ad Sacrificam Ecclesie Cathedralis spectabunt? In quo, si de Episcopo loquamur, questio nullam dubitationem habet, ex Bulla Pii V. incipiente; *Romanis Pontificis providentia: sub Datum Romæ anno 1567. tertio calendis Septembris: & est 42. in ordine, in Bullario novo, tom. 2. p. 237. quæ prohibet disponere de his, omniaque ad Ecclesiam Cathedralis pertinere decernit: ea tamen lege, ut si Episcopus duobus, vel pluribus præfectus fuerit Cathedralis, proportione servata, & habita ratione ad introitus uniuscujusque, distribuatur: de quo videndus Belletus *disquis. Cleric. par. 1. tit. de bonis Clericor. §. 9. per totum: & eam ponit ad litteram, & explicat Hieronymus Mainatus *de spoliis seu de fructibus beneficiorum in *exaltis, ex num. 305. in tom. *Tract. de spoliis: & prius poluerat ad litteram, & scholis illustraverat Azocius *instit. moral. tom. 2. lib. 8. cap. 3. quæ 6. & seqq. & pluribus citatis DD. & questionibus agitatis, videndus Solorzano *de Indiar. lere & gubern. tom. 2. lib. 3. cap. 11. ex num. 60. & in politica Indiana, lib. 4. cap. 11. ver. 7. in conformandâ, p. 589.*********

De Clericis verò inferioribus licet idem affirmandum videretur ex dicta Constitutione; tamen contrarium est verius: cum tantum loquatur de ornamentis emptis ex fructibus, & redditibus beneficiorum, seu ex bonis Ecclesie; secus autem de emptis ex pecunia propria & patrimoniali: ut ex Navar. *de spoliis Cleric. §. 8. nota 1. & num. 5. in cap. Non liceat, §. 3. num. 3. 12. quæ 2. tenet Belletus *num. 5. Menoch. conf. 382. num. 7. & 14. volu. 4. absque eo quod**

destinatio pro Oratorio particulari aliquid obstat possit; cum ex eo non præsumatur donatio, nec repugnet usus respectu Clerici in Oratorio; cui similitur non repugnat semel ista dedicatio Deo facta ut ad Ecclesiam transeat; sufficit enim ut ad profanos usus non convertatur, absque eo quod huic, vel alteri Ecclesie nominatim applicanda sint: ut latius Belletus, & Menoch. *superius citati.*

Si verò scire velis quæ nomine hujus juris, Pii V. videlicet Cathedralis pertineant: vide in dicta Bulla Pii V. videlicet ea esse ornamenta, paramenta, ac vasa, nec non Missalia, ad Gradualia cantus firmi, & musica, & alii libri quomodolibet nuncupati, & alie res sacre etiam ex auro, & argento; licet aliàs, facta Altaris vasa, Calix & Patena, intelligantur, in cap. Non liceat 31. distin. 23. qui loquitur in sacris Altaris vasis, quæ Lectorisibus, alisque Minoribus Ordinibus insignitis tangere non licet: ut notat ex pluribus *ibid. Barbof. in collect. Tamen in nostro casu diversa est ratio, ut ex dispositione Beati Pii Quinti, & eius præfatione constat: & circa liberam dispositionem testandi in Clericis inferioribus, vide Belletum *proximè citatum, §. 6. per totum.**

Pro fabrica verò Sacrificæ faciendâ, non requiritur consensus Episcopi; sed Capitulum per se solum potest ipsam incipere, & perficere: juxta ea quæ dicimus *inf. cap. 22. de Capitulo Ecclesie Cathedralis, ex num. 5. usque ad 60. ubi plura per totum illud Caput, tam de speciofatio Fabricæ, quàm de ornatu, picturis, & aliis dicemus, quæ propriissimè etiam materia hujus capitis accommodari possent. Et ita hodiernis temporibus prædicatum fuit in nostra Ecclesia Metropolitana CesarAugustana, in qua tam opus Sacrificæ novæ incipimus, & usque ad perfectionem deduximus, absque Illustrissimo D. Archiepiscopo tunc gubernante, qui dum fabrica illi fieret, diem clausit extremum.*

Sed quia de Reliquiis sacris in ea existentibus loquuti sumus, breviter pertingere libet, an festis diebus Sanctorum, seu aliàs pro libito liceat eas exponere videndas, seu tangendas, ut inde majores elemosynæ percipiantur? quòd factum licet longius absit à Cathedralibus, tamen communiter disputari de illo solet: cum si velint eas exponere, aequè in his, ac in inferioribus procedat questio: in qua plures affirmant non licere, si ex præcipua intentione questus illi fiat, & mortale esse: ex text. in cap. *fin. de Reliq. & venerat. Sanctor. ubi præcipitur ne Reliquie exponantur venales: cui addenda est Tridentini dispositio *sess. 25. cap. 2. ubi docemur & statuitur in Reliquiarum veneratione omnem turpem quantum eliminari oportere: exponendæ itaque sunt principali motivo ad devotionem populi erga Sanctos excitandam ad gloriam Dei, & Sanctorum ipsorum venerationem, & Christianæ plebis solatium, licet secundariò ad aliquam corporis sustentationem hoc referatur; ut voluit Ferrandus in *disquis. Reliq. 1. par. cap. 10. art. 2. Sed tamen contraria etiam probabilis est, dummodo elemosynæ non extorqueantur, sed tantum liberè relinquantur voluntati fidelium, licet aliquo pio modo incitentur per eorum ostensionem ad largiori dandum manu: hoc enim non est venales ostendere, nec turpem questum facere, qui saltem gra viter turpis sit, & hæc de causa venialis potest esse culpa, non verò mortalis, dum non principaliter intenditur acquisitio temporalis, quæ simoniam sapere videtur: imò si non queratur tale lucrum, etiam si exponantur cum dispositione, & intentione simplici percipiendi id quod fortè offeretur ex libera omnino voluntate fidelium, nulla prævia petitione vel incitamento Clericorum, nec peccatum erit veniale, unde cum pluribus Dianam *resol. moral. par. 10. tract. 16. & 6. miscel. resol. 73. per totum.****

Inter diversa nomina Ecclesiarum, de quibus late *sup.* cap. 14. de *diver. nom. Eccl. Cathedr.* egimus; Parochia vel Parocia connumeratur; teste Mario Itala de *immun. Eccl.* lib. 1. cap. 4. §. 1. num. 4. veteres enim Parochias, sicut & Ecclesias que singulis assignabantur Presbyteris; juxta text. in *c. Omnes basilice, junctio text. in c. Nullus, 16. qu. 7.* appellare solebant; ut notavit Beyerlinch in *Theatr. vitæ hum.* tom. 6. verbo Parochias: Parocia enim quæ à præbendo dicta est; à verbo Græco derivatur, *παροικία*, quod idem est ac præbeo, unde Parochi nomen descendit: olim namque erant Parochi, qui legatis publicè Romam missis famem, & ligna præbebant; ut ex Acronio in illud Horatii lib. 1. *serm. satyr. 5.*

— Tum Parochi, qui debent ligna Salemq; notantur Marius Itala d. cap. 4. §. 3. num. 4. Beyerlinch verbo Parocia, Paroci, *verf.* Parochi: sub quo ministerio salis, & ligni, omnium ciborum ministracionem comprehendi notavit Itala *supra*, secundum communem usum in Sicilia loquendi, & hæc ratione Latine Copiarum vocantur, quod in omnium rerum copiam Regum populorumque Legatis ministrabant, & suppeditabant, ex Itala d. n. 4. unde Copo, Coponis, apud Veteres nonnumquam in venitur pro Caspone, teste Calepinus in eodem verbo Copo: ad quorum Cauponum instar Parochi dicti sunt, & Parochie appellatæ; cum primum Parocia & Parocus diceretur; ut Beyer. *sup. in principio*, Petro Gregorio, & Barb. quam etymologiam non dubie supradicti à Calepino sumpserunt: unde hæc, & alia circa supradicta etiam apud Budæum, & alios invenies.

Hæc autem etymologia propriissime his Ecclesiis eorumque Rectoribus, quibus animarum cura incumbit, apprimè convenit: nam cum officium Parochi in cibo spirituali præbendo per Sacramentorum ministracionem, & alia subsidia spiritualia consistat; & nullibi melius quam in Parochia ministrari possit, ex Roman. in *tratt. de las Republicas Christianas, lib. 4. cap. 2. verf.* *Llamant tambien*, qui plura congerit, & observat Itala num. 5. Beyerlinch *d. verf.* Parochi, qui in *verf. sequet.* officium Parochi late describit: ad idem Barbof. num. 2. & 3.

Sed licet hæc quæ notavimus communia videantur omnibus Parochialibus, tamen quod ad nostrum attinet institutum, Parochia propriè pro tota Diocesi usurpari nonnumquam constat, ex text. in *c. Bonarri, 12. q. 2. c. Apostolicæ, de donatombus*, Beyerlinch *supra*, in principio, & de horum Jurium interpretatione circa materiam ereccionis novæ Parochiæ, vel Monasterii, intra limites Ecclesiæ Cathedralis, quantumque possit Episcopus de sua Cathedrali & ejus bonis dare, quomodo, & quo pacto permittatur, videndus late Moneta de *commut. ultim. volunt. cap. 11. ex num. 91. cum pluribus seqq.*

Nec mirum est, cum de *Jure* alia non sit Parochialis Ecclesia, nisi Cathedralis: etenim Apostolorum tempore, nec Sacerdotes proprios habebat Ecclesiæ, nec parochie fuerunt distinctæ; ut late probavimus c. 2. à quo tempore Cathedralis esse cœperunt; & latissime etiam notavimus in *trattatu unice Cathedralitatis Casarugustane, c. 1. n. 10. & c. 16. n. 164.* quem locum omnino videas, Lector, quæso, ubi quando fuerunt divise & institutæ parochiæ, & qua de causa, longa manu differemus, quibus adde Beyerlinch in *d. verbo Parocia, verf. earum institutio, & antiquitas*; ubi ex Sozomeno notat, diffidii vitandi causa, crescente numero Christianorum, Dioceses in Parochias divisas fuisse, & inferioribus Presbyteris attributas, consusorias, & discordiæ vitandæ causa: qua etiam ratione S. Dionysius Ecclesias divisit, Presbyterique singulis singulas attribuit: quod alii etiam Anacleto tribuunt, & in urbe Roma Titulorum, & Diocesium, Euaristum atque Marcellum Autores faciunt: sed de hoc late *superius citatis locis* diximus, ita ut iterum transcribere opus non sit; imò hodiernis temporibus, Ecclesia Cathedralis sive Episcopalis, simul est Parochialis in provinciis ubi non sunt distinctæ parochiæ, sed omnis cura refidit penes Episcopum, nec est alia Parochialis quam Episcopus: ut per Rotam in *Offen. Decimarum de la Piedra 6. Martii 1564. coram Rubens*; & ex ea, eadem Rota in *Bri-*

xien. *sancti Nazarii 17. Junii 1605. coram Pennia dec. 1163. num. 13. secundum Logauensem impressionem*, rationem reddens, nam tunc Ecclesia Cathedralis simul est Episcopalis & parochialis, habens omnia jura parochialis sicut ipsa Parochialis Ecclesia inferior: Abbas in *c. Cum super, num. 3. de suprad.*

Hinc est quod Parochia totius Diocesis dicitur Ecclesia Cathedralis: d. c. *Apostolicæ*, ubi DD. de *donat. cap. fin. de sepultur.* & ex Chalfaneo in *Catal. glor. mun. p. 5. confid. 36. ratione 5. fol. mibi 97. colum. 1.* diximus in *d. tratt. Cathedr. Casarug.* c. 5. n. 38. & diximus etiam *sup. c. 1. de variis nominibus Eccl. Cathedr. in fine.* Quare in presenti, sermo erit de Ecclesia Cathedrali, quatenus parochia est totius Episcopatus, & quæ jura Ecclesiæ Cathedralis circa Sacramentorum & Jurium parochialium ministracionem habeat: specialiter verò de parochia, & Parochi ipsius Ecclesiæ Cathedralis agamus, quatenus particularis parochia est.

Ne ergo in confuso laboremus, quæ sint jura parochialis videamus, ut postea quid in singulis, parochia Ecclesiæ Cathedralis conferretur appareat: cum enim primò, ut diximus, nulla alia adesse parochia; posteaque crescente numero fidelium decretum sit, ut Presbyteri per Castellam, & Villas constituerentur, *cap. Episcopi, 80. dist. cullibet etiam parochia: termini sunt assignati, ne unus alterius jura invaderet: cap. Ecclesiæ, 13. quest. 1. Navarr. in cap. Placuit, de panit. dist. 6. Fuscus de *Visti. lib. 2. cap. 2. num. 1.* & circa hoc videndi sunt plures, quos remissivè refert Cenedo in *collecl. ad text. in cap. Vi Dominici, de Parochiis*, quæ est 104. ad *Decretales*: Daniel de Nobilibus omnino videndus in *addition. ad disp. 44. post principium*: recta cum ratione totius Episcopatus parochiæ, alique prærogativæ servari debebant, de quibus sigillatim Rota apud Coccinum statim citanda, Cardinalis Tufchus *præct. conclus. lit. P. conclus. 97.**

Jura enim Parochialis ea sunt, Primò, ut Parochiani diebus Dominicis, & Festivis in parochia sua Missam audiant, juxta text. in *c. Vi Dominici 2. de Paroch. cui addenda est Tridentini dispositio sess. 22. in decreto, de observ. & evitand. ia celebrat. Missæ: Rota in una Aoverfana funerarium, 23. Junii, coram Coccino 1634. cujus literam ponit Carolus Maranta Episcopus Juvenacen. *controv. Jur. par. 2. respon. 21. n. 2. post controverfiam*, ubi dicit hoc de consuetudine non servari: ficuti idem docet Tondut. de *Sanleger. par. 1. quest. & resolut. benef. cap. 63. num. 20.**

Secundò consistit in perceptione Sacramentorum; juxta text. in *c. Nullus, de Paroch. cap. Episcopus in Diocesi, 7. quest. 1.* & de Sacramento Pœnitentiæ, & annua Communionem, est text. in *cap. Omnis utriusque sexus, de panit. & remiss. de sancti Olei Extrema Unctione*; est text. in *Clem. 1. §. Dudum, de Sepult. de Matrimonii verò Sacramento, cap. 1. de claudes. depon. c. Aliter, 30. qu. 5. cap. Suam, de Simonia, cap. Placuit, 13. qu. 3.*

Tertiò, in jure sepeliendi: *cap. Omnis, de panit. & remiss. Clem. Dudum, §. verum, de Sepult.*

Quartò, ut si alibi sepeliatur, Quarta Parochia debeatur: *dist. Clement. Dudum, de Sepult.*

Quintò de jure Decimarum, & Primitiarum: de primis, 26 est text. in *c. de Decimis, 16. qu. 1.* & de secundo est text. in *c. Omnis, de Consecr. dist. 1.*

Sextò, in jure Oblationum & Obventionum: d. *cap. Omnis*: de quibus omnibus agit Franciscus Tondutus de *Sanlegerio in quest. & resolut. benef. cap. 63. ex num. 19. cum seqq.* circa quæ, modum & rationem consuetudo imponit: Beyerlinch in *Theatr. vitæ humana, verbo Parochia, verf. In quibus consistat.*

Septimò, in benedictionibus salutaribus tam nubentium, quam aliarum rerum de Jure debitis: de quibus omnibus videndus Fuscus de *Visti. lib. 2. cap. 2. num. 8. & 9. Guttier. Canon. quest. lib. 1. qu. 30. num. 2.* Tondutus de *Sanleger. par. 1. quest. & resolut. benef. cap. 63. num. 19.* Carolus Maranta *controv. Jur. p. 4. respon. 21. per totum, præcipue nu. 45.* Riccius in *praxi, de Sepult. resolut. 571. secundum modernorem impressionem.*

In primo non est cur immoretur, cum illa obligatio qui-

dem assistendi Dominicis, & aliis festivis diebus Sacrificio Missæ, & aliis divinis Officiis in parochia, fundetur in jure: videlicet in *cap. Missæ, cap. Quidam, de Consecr. dist. 1. ubi DD. Cardin. Tufchus præct. conclus. lit. M. conclus. 278. nu. 1.* taliter quod accedens ad aliam non suam parochiam, potest expelli, c. *Si quis extra Parochiam, de Consecr. dist. 1.* sed tamen contratio usi fuit sublati: ut notavit Sanleger. d. c. 63. n. 20. Lezana, Naldus, Garcia, & Pellizarius apud Dianam *resolut. moral. par. 1. tract. 1. resolut. 13.* idque seclusa etiam licentia Parochialis, cum pluribus probat Cenedo *collecl. 104. ad Decretales, num. 1. 2. & 3.* cum Tridentini decretum sit de consilio, non de præcepto: ut pluribus notavit Cenedo n. 2. dicens tale decretum esse contra varia privilegia Religionum abrogantia dispositioni juri contrariam, de qua in *c. Decernimus, 26. q. 1.* ubi prohibetur Religio intra parochiam Missam decantare: quem Textum declarat Calderinus *conf. 422. n. 2. alias 6. de religio. domib. & Tufchus d. lit. M. conclus. 278. n. 4.* qui ibi videli poterunt, quibus adde Barbof. in *collecl. ad decretum Concilii 31.* ubi plures citat. Nec eo casu Episcopus, etiam si magna interveniat & notabilis negligentia, aut contumacia in non audiendo Missam in parochia, potest cogere, & punire contra facientes; ex pluribus quos refert Barbof. in *Pastor. p. 2. alleg. 24. n. 17. & in collecl. ad Concil. d. n. 31. & in collecl. ad d. sess. 24. c. 4. de Reform. n. 16. & 17. Cherubin Schol. 2. ad Bullam 25. Leonis X. Diana d. *verf. Verum hic insurgit dubium.**

Qua ratione non valet constitutio Synodalis cogens Parochianos ad audiendam Missam in suis Parochialibus Ecclesiis, ut observat Gutierrez, *Canon. quest. lib. 1. q. 10. n. 14. in fine, Azor. inst. Moral. p. 1. lib. 7. c. 6. apud Barbof. d. n. 31.* Et hæc etiam ratione laudatur D. Joannes Circito Episcopus Barbafrensis, qui in una Synodali Constitutione facta Anno 1586. non jussit, fed hortabatur Christi fideles ut in propriis Parochiis, Dominicis diebus saltem, & aliis festivis interessent ad audienda divina Officia: quod ut avidius exequerentur, 40. dierum Indulgentias concessit; ut notavit Cenedo n. 4. quod maxime memorie retinendum his temporibus, in quibus, Parochiales Ecclesiæ omnibus sacris sunt destitutæ utensilibus, ac in summam egestatem reductæ, nulla alia de causa, nisi quia parochianorum frequentia cessavit: quod non tantum in his Regnis conspicimus verum ubique, ut notavit Fr. Lypius in *analyt. postre. lib. 3. c. de Parochiis*; & aliter Theophilus integro *tractatu edito de frequentandis Parochiis*: sed & in hoc non omnis culpa Laicis datur, sed & Clericis Parochialium, qui partim commoditatibus propriis inherendo, partim utesciendo allicere præferunt Curati, à suis Ecclesiis Parochianos expellunt: sed ad propositum redeamus.

Verum licet hoc decretum sub præceptum non cadat; quæri potest an saltem hæc obligatio adit in præcipuis festivitatis Anni, veluti in Paschate, Natalis Domini, Epiphania, Pentecostes, & aliis diebus solemnioribus, de quibus in *cap. Si quis etiam, de Consecr. dist. 1.* Difficultatem movet text. in *d. c. Si quis etiam*, in quo statuitur, quod si quis extra parochiam habeat Oratoria his diebus, ad Parochiam redire cogitur: cujus textus difficultate onustus, maximum dubium continere præsentem questionem notavit Cenedo *d. collecl. 104. n. 4.* sed minus rectè; cum ille *textus* loquatur de Oratoriis privatis, in quibuscumque licentia Ordinarii celebratur, quo casu ut debitis honor Parochialis defertur, decrevit, Parochianos non satisfacere præcepto, si illis diebus non interfuerint parochiæ, ad audienda divina; sed licentiam Episcopi celebrandi in illis Oratoriis limitari à Concilio Agathensi in illa dispositione ad predictos dies, & ad alio solemniores: ut patet ibi: & in *Natali Sancti Joannis Baptiste, & si qui maxime dies in festivitatis habentur, non nisi in Civitatibus, aut in Parochiis audiant*: quod idem est ac si diceret, facultates à Jure Episcopis competentes dandi licentias celebrandi in Oratoriis ruralibus, quarum virtute celebratur, & ex generali consuetudine satisficit præcepto, etiam in propria parochia, diversa non audiantur, ita temperamus, ut ad hos dies non extendantur conciliari hoc decreto decernimus. Si verò scire desideres qui dies sub nomine *et aliarum maximarum solemnitatum* com-

prehendantur dicas; quod dies exceptuati in *c. Alma Mater, de Sem. excom. in 6.* in quibus propter eorum solemnitatem, & venerationem interdictum suspenditur, de quo late videas quæ diximus *cap. 18. de Pulpito*: ubi de diebus Prædicationis egimus; hocque confirmat praxis quotidiana Oratoriorum, in quibus Sedes Apostolica licentiam in privatis domibus celebrandi concedit, quæ, ablato impedimento satisfaciendi præcepto quod alias impediebat, 43 cum Missa diebus festivis in Ecclesia audienda sit, cum in ea solum celebrari possit; *cap. Sicuti, c. Missarum, cap. Elic ergo, c. Nullus, de Consecr. dist. 1.* late cum pluribus Bellet. *disquis. Cleric. p. 2. de panis Clericor. §. 29. n. 10.* Diana *p. 9. tr. 1. resolut. 13.* limitatur ad hos dies, ut videte est per eundem Dianam *resolut. mor. p. 9. tract. 1. resolut. 13.* ex Gavanti in *rubric. Missal. tom. 1. p. 1. tit. 20.* Barbof. de *Jure Eccl. univers. lib. 1. cap. 8. n. 6.* Omittit nunc, an virtute Bullæ Cruciatæ in Regnis, ubi hoc privilegio gaudemus, possit semper celebrari excepto die Paschatis? de quo videndus est Diana *resolut. moral. par. 9. tract. 1. resolut. 14.* Et an sub die Paschatis primus tantum Resurrectionis Dominicæ dies comprehendatur, an etiam sequentes? de quibus videndus post alios idem Dianam novissimè *d. p. 9. tract. 1. resolut. 13.* & quæ diximus *cap. 19. sup. de Pulpito, ex num. 111.*

Sed & in hoc liceat tantisper immorari circa abusum Oratoriorum, & eorum principia: constat enim Ecclesias Parochiales; Matrices deo esse appellatas, quia alias fide se habebant; & quia sicut mater generat filios, ita ipsas Ecclesias filios Dei nos quodammodo generate per sanctum Baptisma: ut *cap. 15. de var. nomin. Eccl. Cathedr. ex num. 166. cum sequentibus*, notavimus. Ea ratione, 49 nam Capellæ, quæ particulariter erigebantur, erant Ecclesiæ constructæ in alicujus commodum, ex Concil. Tricinenf. celebrato Anno 855. Imperante Ludovico, ad quem ab Angilpelo Archiepiscopo Mediolanensi, & Andrea Patriarcha Aquilejensi inter alia dicitur: *Laici & maxime Potentes ac Nobiles, quos studiosius eiusmodi infelicis concionibus oporteret, delubra adibus suis communita habere, in quibus Divina audientes, maiora adire Templum non curant; quare solis pauperibus accedentibus, nulla alia concionis materia relinquitur, quam suadendis ut assiduum suam conditionem magna patientia tolerant; quod si divites se ad audiendum darent, tum de luxu, de libidinis, de avartia, deque piis largitionibus monerentur: quomobrem, ut eis maiora Templi frequentandi necessitatem imponatis, oramus, quos eo studiosius Verbum Dei audire æquum est, quo maiori bus à Deo bonis affecti sunt*: de quo latius Sigon. *lib. 1. Hystor. refert etiam Daniel de Nobilibus in addit. ad disp. 44. numer. 6.* Ex quibus de facili cognoscuntur damna spiritualia, quæ oriuntur ex his ereccionibus privatarum Ecclesiarum.

Sed et si respectu Parochiæ quoad Missarum solemniam 51 non procedat, videndum est, an idem sit respectu Concionum, & Officiorum ex decreto Trident. *sess. 24. de Reform. cap. 4.* ubi ita statuitur: *Monetaque Episcopus populum diligenter, teneri unumquemque Parochiæ sui interesse, ubi commode id fieri potest ad audiendum verbum Dei.* Cui adde Gutierrez *ditto cap. 31. num. 8.* Sed & hoc intelligendum est, ut teneatur populus, & quilibet de populo edicere sive à Parocho, sive ab alio, si dies festos ex præcepto, jejunia ceteraque necessaria, ut ea observent; ut ex Navarro in *Manual. mater. cap. 21. num. 7.* docet Guttier. *num. 33.* quare hoc jam totum ex contraria consuetudine, 53 cessavit ex Navarro, mutata sententia quam docuerat, in *Manual. mater. in d. cap. 21. num. 6. ad fin.* ut docuit in *Manual. Latino, eodem cap. 5.* & ex eo Guttier. *nu. 34.* qui optime advertit in *d. cap. 4.* Concilium non absolutè præcipere, sed ubi commode fieri potest, nec ipsum tollere consuetudinem contrariam: unde fit, ut nec ista consuetudo universalis sublati censetur, & ratione commoditatis cesset præceptum, si quod erat; præcipue ex ratione cessante legis, cum satis impleatur per Conciones alibi prædicatas: & ita tenent plures apud Barbof. in *Pastor. alleg. 76. num. 34.* & in *collecl. ad Concil. d. sess. 24. de Reform. cap. 4. num. 15.* & in hoc adit tacita licentia omnium Curatorum, qui nimis laxè procedunt, doctrinam Christianam non edocentes; in quo

CAPUT XXI.

De Parochia Ecclesie Cathedralis.

S V M M A R I V M.

Parochia, Ecclesia nuncupatur, 1.
 Parochie Ecclesie erant, que singulis Presbyteris assignabantur, 2.
 Parochia unde dicta, 3.
 Parochie à præbendo dicuntur, 4.
 Parochi qui erant olim, 5.
 Eorum ministerium, 6.
 Parochi dicuntur Copiarii, & quare, 7.
 Copii, & Copiarii qui fuerint, 8.
 Parochi ad visitat Coponum adveniunt, 9.
 Officium Parochi in quo consistat, 10.
 Cibus spiritualis nullibi melius ministratur quam in Parochia, 11.
 Parochia, tota Diocesi dicitur, 12.
 Episcopi potestas circa erectionem Parochie intra limites Cathedralis, & alia, 13.
 Apostolorum tempore parochia non erat distincta, 14.
 Quare divisa parochia, 15.
 S. Damyanus Papa Ecclesias divisit, singulasque singulis Presbyteris attribuit, 16.
 Ecclesia Cathedralis, simul est parochialis, & quare, 17.
 Parochia totius Diocesis dicitur Cathedralis, 18.
 Quis sit scopus huius Capituli, 19.
 Presbyteri quando per Castellam & Villas fuerint missi, illisque assignati, 20.
 Parochia quando & qua fuerint divisa, 21.
 Ecclesia Cathedralis ut parochia que iura remanserunt, 22.
 Iura parochialis que sunt, 23, & seqq.
 De Iure unusquisque Missam audire debet in sua parochia, ibid. & 30.
 Perceptio Sacramentorum in parochia fieri debet, 24.
 Ius sepeliendi competit parochia, 25.
 Iura Decimarum, & primitiarum, sunt parochialis, 26.
 Item Oblationes, & Obventiones, 27.
 In eis consuetudo est observanda, 28.
 Benedictiones nuptiales, & alia debentur Parocho, 29.
 Parochianus assistens in aliena parochia diebus Dominicis, & aliis festis, pro auditione Missæ, potest expelli, 30.
 Obligatio hæc contrario usu abrogata, 31.
 Decretum Tridentini de audiendo Missam in parochia, est de consilio, non de præcepto, 32.
 Regulares quoad hoc habent varia privilegia, 33.
 Episcopus quando potest cogere, & punire Parochianum ob non assistentiam in parochia, 34.
 Constitutio synodalis cogens audire Missam in parochia, non valet, 35.
 Exhortari potest Episcopus etiam in Synodo quod quilibet inter sit sua parochie Officium divinis etiam Indulgentias concedendo, sed non cogere, 36.
 Parochie quare sint destitute sacra utensilibus, 37.
 Parochianus an in præcipuis festivitibus teneatur interesse sua parochie, 38.
 Privata Oratoria habentes quibus diebus interesse teneantur parochie, 39.
 Oratoriorum privilegia quibus diebus limitentur, 40.
 In ruralibus Oratoriis quibus diebus celebrari non possit, 41.
 Maxime solemnitates que conferantur, 42.
 Missa tantum in Ecclesia potest celebrari, 43.
 In Oratoriis privatis quibus celebrari non possit, 44.
 An virtute Bullæ Cruciatæ contrarium procedat, 45.
 An secundo & tertio die Paschatis possit celebrari in Oratorio privato, 46.
 Oratoriorum principia, & eorum abusus, 47, & seqq.
 Ecclesia Matrices quare sint dicte, 48.
 Capelle, & Ecclesie differentia, 49.
 Damna spiritualia que ex Oratoriis nascuntur, 50.
 Parochiani an teneantur Officium divinis, & concioni interesse in parochia, 51, & seqq.
 Parochianus teneatur edificare à suo Parocho, sive ab alio, dies festos, ieiunia, & alia, 52.
 Contraria consuetudine hoc abrogatum, 53.

Consuetudo non assistendi in parochia, an sit universalis, 54.
 Tacita licentia Parochi excusat Parochianos, 55.
 Ignorantia maxima doctrina Christiana, 56.
 In articulo mortis quomodo catechizandi ignorantibus rudimenta fidei, 57.
 Parochi monendi ut doceant doctrinam Christianam, 58.
 Dominus Don Didacus Antonius Frances de Prutgoty Episcopus Barbastrensis indulgentiam concessit tam docentibus, quam audientibus doctrinam Christianam, 59.
 Rectores, & Correlatores civitatum veniente Episcopo possunt compelli Ecclesiasticos in publicè doctrinam Christianam doceat, 60.
 Episcopus quibus panis configare debeat Curatum reventem docere doctrinam Christianam, 61.
 Parentes possunt compelli ut mittant filios suos ad doctrinam ediscendam: item & adulti possunt compelli, 62.
 Docere doctrinam Christianam quam gratum sit Deo, 63.
 Parochianus obligatus ad assistendum in parochia, satisfacit assistendum in Cathedrali, 64.
 Magistratus secularis an possint compelli ad interessendam Divinis, aliquibus diebus, in Cathedrali, 65.
 Ecclesia Cathedralis, & parochia ipsius, quatenus particularis est, distinguuntur, 66.
 Parochus Ecclesie Cathedralis ut particularis, non habet iura Cathedralis, & quando secus, 67.
 Capitulum Ecclesie Cathedralis omnia iura parochie habet, 68.
 Idem in Archiepiscopatu; ibid.
 Archiepiscopi officium, 69.
 Archiepiscopus omnibus de Diocesi Sacramenta potest administrare, 70, 112.
 Capellanus maior, loco Archiepiscopi, curam gerit, 71.
 An Ecclesie Cathedrales Hispanie habeant Capellanum maiorem, 72.
 An sit Dignitas, Capellanus maior, 73.
 Capellanus maior Ecclesie Toletane, 74.
 Capellanus maior Ecclesie Cesaravugustane, quando, & cur suppressus, 75.
 Penitentiarius Ecclesie Cathedralis omnibus administrat Sacramentum penitentiae, 76.
 Parochia Ecclesie Cathedralis nihil particulare habet circa receptionem Sacramentorum, 77.
 Sacramentum Baptismi de Iure, tantum in Ecclesia Cathedrali administrari potest, 78.
 Parochiarum principia, 79.
 Plures non erigenda, 80.
 Renatus qui non est ex aqua, & Spiritu sancto non potest salvari, 81.
 Vnus alterius parochie terminos usurpare non debet, 82.
 Ecclesie Cathedrales, Baptismales nuncupantur, 83.
 Consuetudine præscribi potest, vel privilegio acquiri ius universale baptizandi, 84.
 Sacramentum Baptismi per quem sit administrandum in Cathedrali, 85, & seqq.
 Baptismus sollemnis non potest administrari à Parocho Cathedralis exteris, & quibus panis subiacet, 86.
 Ius baptizandi quibus competit, 87.
 Ius administrandi Sacramentum Baptismi in aliena parochia quomodo competere possit, 88.
 Quilibet tenetur confiteri proprio Parocho, & Eucharistiam sumere semel in anno, & quando secus, 89, & seqq.
 Nisi confiteri maluerit, vel Eucharistiam sumere in Cathedrali, 91.
 A quo Ministro sint administranda hæc Sacramenta, 92.
 Capitulum Ecclesie Cathedralis an facultatem administrandi Sacramenta possit delegare, 93, & seqq.
 Proprius Parochus quis dicitur, 94, & 99.
 Stante Dignitate cum exercitio Curæ, Capitulum nihil valet facere, sed solum Dignitas curam gerens, 95.
 Stante Dignitate, cui incumbit Curæ animarum, Curatus est totius Diocesis, 96.
 Dignitas que habet Curam animarum, delegare potest eam facultatem pro tota Diocesi, 97.
 Archiepiscopus, vel Dignitas habens Curam animarum, ordinariam habet iurisdictionem, 98.
 Qui possunt administrare Sacramentum Penitentiae absque alia licentia, 99.
 Eucharistia Sacramenti quis sit minister, 100.
 Parochus licentiam potest concedere alieno Presbytero administrandi

Caput Vigessimoprimum.

nistrandi Sacramenta Penitentia, & Eucharistia, 101.
 Hæc sicut de Iurisdictionibus, 102.
 Romanus Pontifex, Parochus est totius mundi: Episcopus vero, totius Episcopatus Parochus dicitur, 103.
 Ecclesia Cathedralis potest omnibus administrare sacramenta Eucharistiam, tam in communione annua, quam infirmis per modum Viatici: & quare, 104.
 Cathedralis generalem administrationem Sacramentorum habet, quia in ea residet Episcopus, 105, 110.
 Episcopus omnibus de Diocesi potest administrare Sacramenta, 106.
 Archiepiscopus omnibus potest administrare Sacramenta, sicut Vicarius Episcopi, 107.
 Antverpæ mos communicandi de manu Episcopi in die Nativitatis Domini, 108.
 Ecclesia Cathedralis, & Archiepiscopus, quomodo parificentur in administratione Sacramentorum, 109.
 Anguste quare iura Imperialia debeantur, 111.
 Argumentum valet de Matrimonio carnali, ad spirituale, 112.
 Quocumque loco in Ecclesia Cathedrali sumatur Eucharistia, satis est precepto, 113.
 Trullench reprobat existimans iura administrandi Sacramenta competere Parocho Ecclesie Cathedralis, 114.
 Parochus Cathedralis quomodo possit in Cathedrali administrare Sacramentum Penitentia, & Eucharistia tempore Quadragesimæ, 115.
 Episcopo commissi est curæ totius Diocesis, 116.
 Diviso Parochiarum nihil de privilegio Cathedralium detrahatur, 117.
 Vbi parochia non sunt distinctæ, in quilibet possunt administrari, & recipi Sacramenta, 118.
 Rome in Ecclesia Sancti Ioannis in Laterano, Sancti Petri, & Sanctæ Mariæ maioris, omnia Sacramenta administrantur, & quare, 119.
 Modus administrandi Eucharistiam infirmis, & aliis: & modus recipiendi, 120.
 In distributione Eucharistia nullus se potest ingerere sine licentia Parochi, 121.
 An liceat recipere, ibid.
 An sufficiat tacita licentia, ibid.
 Matrimonii Sacramentum an possit recipi in Cathedrali tantum à proprio Parocho, 122.
 Archiepiscopus Ecclesie Cathedralis est Minister matrimonii in tota Diocesi, 123.
 Capitulum, Sede vacante, potest assistere matrimonio, & potest concedere facultatem assistendi, 124.
 Qui possunt dare licentiam assistendi matrimonio, 125.
 Libera licentia concessa administrandi Sacramenta, valide assistitur matrimonio, & quando contra, 126.
 Matrimonium à proprio Parocho in propria Parochia debet administrari, 127.
 Ministri Sacramenti Matrimonii sunt contrahentes: Parochi vero presentia conditio necessaria, 128.
 Parochi presentia potest alteri delegari, 129.
 Capitulum Ecclesie Cathedralis, Sede plena, non potest huiusmodi licentiam concedere, 130.
 Ecclesia Cathedralis potest prohibere Parocho alieno ne in Cathedrali Matrimonium solemnizet, 131.
 Imò Parochus Cathedralis in sua Parochia, 132.
 Etiam si Capitulum licentiam dederit, 133.
 Parochus Ecclesie Cathedralis, quare sit Baptismi sacramenti Minister pro tota Diocesi, non vero Matrimonii, 134.
 Differentia que sit inter Episcopum, & Capellanum Maiorem, 135.
 Episcopus non potest prohibere in Ecclesia Cesaravugustana Capellanum maiorem administrare omnia Sacramenta in tota Diocesi Cesaravugustana: ponitur Executoriales sacre Rotæ, & Iuris firma Iustitia Aragonum, 136.
 Circa quando est pene Capitulum, exercitium vero pene aliquem nominatum à Capitulo, Quid possit statuere circa Curam animarum, 137.
 Ius Quartæ competit Ecclesie Cathedrali, & non Parocho: & quando e contra, 138.
 Ecclesia Cathedralis est exempta à Quarta, 139.
 Parochus Cathedralis nihil particulare habet in Quarta, 140.
 Collegialis maior Parochialis, 141.
 Collegialis Ecclesia non debet sepeliri defunctos, sed Parochi particularis, 142.
 Frances de Eccles. Cathedr.

Quid in omnibus actibus qui intra suam Ecclesiam sunt, 143.
 Iura parochialis Ecclesie Cathedralis, quomodo dividantur inter Parochum, & Beneficiarios, 144.
 Nulla Ecclesia, Cathedralis excepta, habet intentionem fundatam à Iure extra suos limites, 145.
 Alibi electa sepultura, non potest cogere Cathedralis ut in ea Novenalia & fines anni celebrentur, 146.
 Quarta debetur Capitulo sepeliendi, non vero parochie Cathedralis, 147.
 Quarta, & alia iura debentur in parochia Cathedralis, sicut in ceteris, absque differentia, 149.
 In solutione Quartæ servanda est consuetudo, 150.
 Non electa sepultura, in Cathedrali sepeliri potest mortuus, 151.
 Sepelientium in domibus Regularium iura circa Quartam, 152.
 Ecclesia Cathedralis quod privilegium habeat in Decimis, 153.
 In Decimis non est parochia totius Episcopatus, 154.
 Ecclesia Cathedralis, Matrix appellatur, 155.
 In Oblationibus, & obventionibus quid habeat Ecclesia Cathedralis, 156.
 Parochus an possit compelli Parochianos ad Oblationes, & funerals, & alios alius, 157.
 Oblationes quando sunt in precepto, ibid.
 Capitulum an possit donare aliquod pretiosum pro alio viliori ad fabricam faciendam in eadem Cathedrali, 158.
 In Oblationibus Ecclesie Cathedralis nullum ius habet Episcopus, 159.
 Sacramenta quomodo administranda sunt Episcopo duarum Cathedralium unitarum, 160.
 In Benedictionibus nuptialibus que iura habeat Ecclesia Cathedralis, 161.
 Parochus Ecclesie Cathedralis procedere debet alios Parochos tam in sua Ecclesia, quam in aliis, 162, & seqq.
 Inter plures eiusdem gradus quis sit preferendus, 163, & seqq.
 Prelatio à quibus sumatur, 164.
 Ecclesia prelato ex quibus detur, 165.
 Pluribus existentibus in aliquo loco, maior debet procedere, 166.
 In iure superioritatis, primò maioritas, secundo antiquitas & qualitas consideratur, & locum habet, 167.
 Parochus concurrens cum Parocho Ecclesie creta in Collegiatam, quis procedere debet, 168.
 Erectio Collegiatæ non ablatà maricitate à Parochiani, quid importet, 169.
 Parochus iura limitet parochie degere debet: idem in Capellano maiori, vel Archiepiscopo, 170, & seqq.
 Andetur parochus materia in habitatione extra parochiam, 171.
 Capellanus maior, & Archiepiscopus habentes Curam, intra parochiam degere debent, 172.
 Limites parochie quomodo probentur ad decimationem, 173.
 Que concurrere debent ad parochialitatem probandam, 174.
 Portionarii an Beneficiati procedere debeant, in mortuariis, & in functionibus, que sunt in parochia Cathedralis, 175, & seqq.
 Non repugnat minorem procedere maiorem, stante consuetudine, 176.
 Possessio hæc manutentibilis est, 177.
 Præcipue si fuerit accensualis, ibid.
 Parochus sola indutus præcedit Canonicos Cathedralis, 178.
 Episcopus consiliarius Regis non præcedit ceteros, 179.
 Episcopus Canonicus non præcedit ceteros, assistens in Canonibus, 180.
 Præcipue si ex dispensatione obtineat Canonatum, 181.
 Episcopus Doctor assistens ut talis, non procedat alios Doctores ratione Dignitatis Episcopalis, 182.
 Possessio non extenditur de casu ad casum, 183.
 Caput non debet à membris separari, 184.
 Capitulum Cathedralis collegialiter congregatum præcedit Abbatem, 185.
 Quid in Dignitatibus ius particulare habentibus, 186.
 Exemplum Beneficiati Portionarius in Ecclesia Cesaravugustana præcedat, 187.
 Honor Ecclesie Matricis debetur, & in quibus remissivè, 188.

verè Domini Episcopi rigorosissime se gerere debent cum Parochis sicuturum Duceum, eos obligando, ad edocendum pueros, qui in maxima ignorantia imò totali imperitia doctrinæ Christianæ diabolica fraude detinentur, idque quotidianè experitur: & cum hæc scribo, his diebus quæter expers sub in hoc Hospitali cum infirmis pro more, & munere Rectoris in viserem, ubi quatuor inveni non solum docti capaces, sed & unum grandævæ ætate adultum, ex quibus cum duo vel tres periculo vitæ laborarent, nihilque penitus scirent omnium, quæ ad salutem animæ ex doctrina Christiana conducunt, adeo ut in articulo mortis opus fuerit eos in fide erudire, eo modo quo si recenser conversi fuissent eo ipso tempore ut Sacramenta possent recipere, juxta notatam c. ante Baptismum, & seqq. de Consecr. dist. 4. cui adde Sancium in *Jelett. disp. 44. n. 4. in Dianam resolutam p. 3. tr. 1. 3. resol. 20.* Scitã è vita migrarunt. Vnde in viceribus Jesu Christi precor Dominos Episcopos, ut sedula cura super Parochos suos invigilent, Parochos item ut muneri suo faciãt: quo modo quo Illustrissimus, & Reverendissimus D. Didacus Antonius Francos de Urtugoyri frater meus Episcopus Barbaletrensis in constitutionibus Synodalibus anni 1656. sui Episcopatus, piissimè in prima constitutione omnibus Curatis sue Dioceseos præcepit omnia supradicta, simulque omnibus, qui prædicam Christianam doctrinam docuerint, vel didicerint, pro qualibet vice quadraginta dierum indulgentiam concessit: quod maximè memorie retinendum erat, ut ab omnibus observaretur. Quia ratione Corrediores civitatis rectè facere possunt, etiã tenuente Ordinatio, ut saltem diebus Dominicis, & solemnibus festivitatis populo prædicetur: ex *Boad. in polit. lib. 2. c. 18. n. 39. & Barbof. in Pastor. allegat. 76. nu. 31. & ex aliis observat idem Barbof. in collect. ad Concil. d. sess. 24. cap. 4. de reform. n. 13. sed hoc an sit verum? vide quæ diximus c. 18. de Philipo, ex n. 42. cum seqq.* Rectè ergo Episcopus Curatis similia de doctrina Christiana præcepta imponet: quæ si non observaverint, etiam suspensione Officii per aliquod tempus, & aliis gravioribus pœnensis castigabit: prout in facti contingentia fuit iudicatum, & pluribus citatis resolut. Barbof. d. cap. 4. n. 24. qui n. fm. cum pluribus docet, pœnis, & censuris Episcopum posse compellere Parochos, Patentes, & filios, sive pueros, sive adultos, ut doctrinam Christianam discant, & doceant respectivè, cujus præclarum munus gratissimum obsequium Deo exhibitum ex eo semper conieci; quod Eminentiss. & Venerabilis Cardinalis Balthasar, quem Deus sue Ecclesie lumen pro confutandis hæreticis, & pravis erroribus discutiendis, creavit post tantos summæ eruditionis libros *Doctrinam Christianam* vulgari sermone patriæ, quam aliis idiomaticibus traductam videmus, cum planis & humillimis annotationibus in Christianæ Religionis augmentum componere non solum non erubuit, sed ut Opus suo illustri Genio & ingenio dignum publicavit, quid enim Doctrina Christiana majus? adeo ut ex eo tempore multi tenebras ignorantie dissipaverint, & lumen veræ fidei iohannis prope Christianis inde affulserit. Nec minus juvat quod R. P. Magister frater Joannes à S. Thoma, Ordinis Prædicatorum, in Universitate Complutensi primarius, Theologie Interpres, invictissimus Philippus Quartus Domini nostri Hispaniarum Regis Catholicus à confessionibus Patet, post varias lucubrationes super D. Thomam, similem tractatum vernaculo sermone explicationis doctrinæ Christianæ in maximam utilitatem fidelium composuit. Sed ad nostrum institutum redeamus.

64 Dico ergo præcisè ad parochiam Ecclesie Cathedralis accedere nullum tenet, sicut de aliis diximus, cum in hoc privilegium aliquod non videam: Ecclesiam verò Cathedraliam, sicut & cæteras Ecclesias, posse quemlibet frequentare, & hac ratione aequaliter satisfacere obligationi; cum certum sit, quod quotiescumque Parochianus tenetur accedere ad parochiam pro divinis audiendis, satisfacti si ad Ecclesiam Cathedraliam accedat: ita Chaffan. in *Catal. glor. mand. 4. p. confid. 47.* Verum tamen Magister secularis credo solemnioribus diebus ad Cathedraliam accedere teneri ad audienda divina, ibique solitum obsequium Epi-

scopo præstare, idemque procedere tempore Adventus & Quadragesimæ, prout Sacra Rituum Congregatio declaravit: ut videtur in allegatis à Barbof. *decis. Apostolica. num. collect. 460. num. 1. & 12.*

65 Succedit præterea jus, & superioritas circa Sacramentorum administrationem tam respectu Parochie, quam respectu subditorum. Sed ut facilius negotio tota materia capiat, nevé detur locus ambiguitatibus; dicas breviter distinguam Parochiam Ecclesie Cathedralis, & parochiam, ab ipsamet Ecclesia Cathedrali, quatenus Parochia est totus Episcopatus, ita ut Parochus nihil juris habeat in alienos subditos, cum suos limites habeat, atque ea ratione alienis subditis Sacramenta non possit administrare, vel curam exercere in aliena Parochia: ut ex sacra Congregatione Concilii in *Eugubina 20. Septembris 1628. refert Barbof. de offic. & potest. Paroc. cap. 19. nu. 34. nisi hoc nomine totas Ecclesie Cathedralis faciat: ut in Baptismo quem administrat in Cathedrali, & de aliis infra dicendis latius patebit: tandem sententiam quoad Parochiam late defendit Trullench in *precepta Decalogi, lib. 3. cap. 5. n. 12. & de offic. Parochi, cap. 5. n. 10.* Capitulum verò Ecclesie Cathedralis est contra, quia medio Archiepiscopo administrat omnibus Sacramenta pro Episcopo, c. 12. de offic. Archiepiscopi, & est quasi Parochialis Sacrosanctus omnium post Episcopum in administratione Sacramentorum, c. in capite, 50. dist. cap. 69. Officium, ubi Gloss. verbo à foris, de offic. Archiepiscopi, cujus rei ea est ratio, quia dignitate præest, & habet curam animarum in Cathedrali, quæ Parochia est totus Episcopatus, ut diximus: & hac ratione omnibus de Diocesi Sacramenta administrat: Anto. Cucch. lib. 5. in *inst. ut. 4. n. 168. Sanchez de matrim. lib. 5. disp. 27. num. 1. & alios quos sequitur Barbof. de Canonis c. 6. ex n. 17. cum seqq. sed de hoc infra sigillatim.**

66 Hodie tamen in aliquibus Ecclesiis Cathedralibus, loco Archiepiscopi, Capellanus major reperitur, qui curam animarum administrat, non solum per se, sed & per Vicarios, secundum morem Hispaniæ, de quo testatur *Rota, dec. 353. p. 5. recent. n. 74.* Verum in hoc (salvati Tribunali autoritate, & reverentia) non fuit rectè informata; cum inajor pars Ecclesiarum Hispaniæ hanc Dignitatem non habeat: Seguntina eam habet, & est Curatus; Barbaletrensis eam habet, & est Officia; Olcenis similiter, & Jacensis eam habent, & est Officia, atque ante Canonicos incedunt: Ecclesia Tolitana, quod magis est, Capellanus habet majorem, & Officium erat unguis ad annum 1476. tempore D. Alfonso Carrillo Archiepiscopi, quo fuit in Dignitatem erudum, stallum ei in Choro, & veteras præeminetias attribuendo; ut patet in ejus Archivo, *Arqueta decima*, ut notavit D. Didacus de Castjeon Episcopus Tironen. in *trahat. Primatice Ecclesie Tolitane, tom. 2. c. 29. fol. 87. 5.* de quibus vide latius quæ notavimus in *trahat. de unica & peren. Cathedral. Cesarang. cap. 11. ex num. 60. usque ad 71. & cap. 16. ex num. 116.* ubi notavimus hoc Officium reperiri in Ecclesiis inferioribus.

67 Sed & reperiebatur in nostra Ecclesia Sedis Cesarangitæ tale Officium, quod postea Mensæ Canonicali fuit unitum: & tamen de anno 1567. litigante Capellano Majori in facta Rota coram Domino Sarmiento, circa Sacramentorum administrationem, obtinuit; die 2. Januarii: & in Executorialibus, quæ in nostro Archivo conservantur, talia verba reperiantur: *Quod D. Hieronymus* (is erat Capellanus Major) *sit Curatus, & Vicarius totius Civitatis, & Archiepiscopus, quia potest per totam Civitatem, & Diocesim ministrare Sacramenta, sine aliqua licentia; quod non possunt alii Curati Civitatis, & Diocesis.* Quibus junge quæ diximus d. c. 16. num. 134.

68 Hodie tamen Sacramentum penitentiae omnibus de Diocesi medio Penitentario Ecclesie Cathedralis administratur: de quo est dispositio sancti Concilii Tridentini *sess. 24. de reform. cap. 8.* de quo vide plures apud Barbof. in *Pastor. p. 3. allegat. 55. & de Canon. cap. 6. num. 23. & in collect. ad d. cap. 8. num. 3.*

69 Verum quidquid sit, hæc obiter retigisse sufficiat: patet ergo in Parochia Ecclesie Cathedralis tanquã particulari, nulla

70 nulla posse recipi Sacramenta, quæ in unaquaque Parochia particulari propriis subditis ministrari debent, nec Parochum alienis posse administrare parochianis: at verò in Ecclesia Cathedrali tamquam totius Diocesis Parochia, per illum, qui vice Capituli fingitur ut universalis Curati, omnia posse Sacramenta administrari: Quare de singulis sigillatim agendum est.

71 Et omisso Sacramento Confirmationis, & Ordinis, quæ cum ab Episcopo conferri debeant, ubique ab ipso administrari posse non est ambigendum: Primò de Sacramento Baptismi agendum est, quod cum janua omnium sit Sacramentorum, per quam in Ecclesiam intramus, & ejus filii efficiuntur, ratio postulat, tantum de jure in Cathedrali Ecclesia posse ministrari, quæ sicut Mater filios generat, ita Ecclesia Matrix omnes suos filios spiritualiter regenerare debet: c. 1. c. Extransmissa, de prescrip. c. Præterea, de transmissa. Clemen. 1. §. Nos igitur, ubi Gloss. verbo Matricem, de sentent. excom. & Barbof. cum pluribus: late Daniel de Nobilibus *disp. 44. n. 1.* ubi de institutione, & principio Parochiarum satis eruditè pertractat, & videndus idem in *Addition. ex n. item 1. & docet, plures Parochiales non esse erigendas: Pet. de Perul. trahat. de mutat. Eccles. post principium, vers. Inter mutuum, Mandos. in trahat. de signat. Grat. ver. Erektiones, vers. Per hanc erectionem Parochialis: nam certum est ut de Fide definitum, Joan. 5. *Nisi quis renatus fuerit aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei: de quo est text. in c. Filius Dei, de Consec. dist. 4.* ita ratiocinatur Mandos, supra: unde cum de jure unusquisque in sua debeat baptizari Parochia, & à suo Parocho, quia unus Sacerdos alterius Parochie terminos, plebem, & jus usurpare non valet, c. Placuit, 7. q. 1. c. Sicut, 9. q. 2. c. Nullus, de Paroc. c. Nullus, cum aliis, 13. q. 1. merito in Ecclesia Cathedrali administrari absque injuria Parochie particularis Parochie, cum Ecclesia Cathedralis Parochia sit totius Episcopatus: quia ratione Ecclesie Cathedralis, Baptismales Ecclesie regulariter nominantur, si credimus Danieli de Nobilibus *disp. 44. num. 2.**

72 Hæc tamen regula non tollit, quin consuetudine vel privilegio acquiri possit jus generale baptizandi tam per Canonicos quàm per alios Ministros Ecclesie inferioris, ex mente sacre Rituum Congregationis in *Oriolen. 16. Decembris 1605. teste Barbof. de offic. Paroc. cap. 18. num. 7.*

73 Sed licet hæc doctrina vera sit, difficultatem continet per quem debeat administrari. Diximus enim Parochum non posse uti jure suo in his quæ pertinent ad Ecclesiam Cathedraliam: ergo non erit minister hujus Sacramenti, Parochianus fuis exceptis. Si ergo alienis Baptismales solemniter administrat absque licentia, puniendus erit, peccatque mortaliter: juxta Barbof. d. cap. 18. n. 1. & n. 11. & 12.

74 Quibus non obstantibus credo absque difficultate liberè, & licitè posse omnes infantes Diocesis sibi oblatos absque alicujus licentia baptizare; dubium enim non est, jus baptizandi, sicut & cætera materia pastoralia competere, primò, Romano Pontifici respectu totius Orbis; Episcopis respectu totius Diocesis; inferioribus verò Prebyteris per communicationem Episcoporum: ut citatis Bonac. & Layman, docet Barbof. d. cap. 10. num. 1. Unde cum hoc jus competat Parocho Cathedrali, & illud nomine ipsius Ecclesie intra eandem Ecclesiam exercet; mirum non est si omnibus de Diocesi Baptismales administrare possit: secus autem esset, si in aliena Parochia, & sone, per se administraret; nam ibi tanquam privatus prohiberi absque dubio posset.

75 Ex dictis inferitur, omnia jura pertinentia ad Parochum particularem, hoc casu spectare ad Parochum Cathedralis baptizantem: cum enim sit proprius Minister ratione Dignitatis Ecclesie, non est cur hoc jure privari possit.

76 Nihilominus tamen negari non potest, alibi posse ex privilegio speciali conferri Baptisma, ut diximus; & olim illud quod solemniter conferri solebat in Paschate, & Pentecoste, hodie in Romana Curia servatur in Ecclesia Lateranensi in Constantini Magni Baptisterio: plura exempla ponit Beyerlinch in *Theat. vitæ humanæ. ver. Parocia, vers. Frances de Eccles. Cathedr.*

77 *Parochi, & parochianorum ad Ecclesiam Parochialem obligatio quoad Sacramentorum perceptionem, sequitur Batonium in Appendice ad Annum 1124.*

78 Succedunt Sacramenta Penitentiae idest annuæ Confessionis, & Communionis; quæ de jure à proprio Parocho recipi necesse est, vel ab alio ab ipso delegato; at ut secundum in propria Parochia sumendum sit: ex text. in d. c. Omnis utriusque sexus, de penit. & remiss. nisi in quinque casibus: Primus, si Sacerdos sit indifcretus. Secundus, si pueres in alienam Parochiam transt. Tertius, si efficiatur vagabundus. Quartus, si doli capax domicilium transtulit. Quintus, quando esset alienus parochianus: juxta notata à Goffredo in *summa, Feder. de Sen. conf. 252. n. 2. vers. Nisi quinque casibus: Tosehus præf. conclus. lit. C, conclus. 689.* quæ præcepta absque dubio in Cathedrali posse adimpleri affirmamus: ex Beyerlinch loco superius citato, & omnibus Doctoribus.

79 De præcepto annuæ Confessionis, in primis non est dubium, nomine proprii Parochi, Penitentiarum Ecclesie Cathedralis contineri: itaque quicumque Canonico Penitentiarum peccata sua confiteretur, satisfacti præcepto annuæ Confessionis, eo modo ac si proprio Parocho confiteretur, vi tute decreti Concilii Tridentini *sess. 14. c. 5.* ut referet deo suar: Armendarez in *addit. ad recopil. leg. Navar. lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. de Confessione semel in anno: Barbof. in collect. ad Concil. sess. 14. de Sacram. Penit. cap. 5. num. 10.*

80 Ex quibus deducitur, quod licet de jure hoc præceptum adimpleri possit in Cathedrali, ex Regula generali, quia est Parochia totius Episcopatus; tamen adimpleri debet medio aliquo Ministro ad id specialiter deputato: eo modo quo idem annuæ Confessionis præceptum medio proprio Parocho adimpletur: ex text. in d. cap. Omnis utriusque sexus, de penit. & remiss. unde Parochus Ecclesie Cathedralis, cui in hoc solum incumbit cura illius Parochie, ut particulari est, Minister idoneus non erit, nisi aliunde habeat specialem facultatem.

81 Verum in hoc difficultas se offert ventilanda, an Capitulum Ecclesie Cathedralis talem facultatem concedere possit: Et quidem in hac difficultate, credo quod sicut Parochus particularis talem facultatem concedere potest per viam delegationis, (supposita prima approbatione Ordinarii quoad Confessiones audiendas,) c. Placuit, de penit. *dist. 6. cap. Omnis utriusque sexus, de penit. & remiss. Barbof. de offic. Paroc. c. 19. n. 24. Trullench eod. trahat. cap. 4. per notum: & ea ratione nomine proprii Sacerdotis, intelligitur etiam ille qui ad matrimonio assistendum delegatur, sive destinatur: ita Valer. Regin. in *prax. for. Penit. lib. 3. n. 178. Barbof. in collect. ad text. in d. cap. Omnis utriusque sexus, n. 7.* ita etiam Capitulum Clericum potest delegare, cui hoc ministerium incumbat. Quod ex eo probatur; nam cum ad Ecclesiam Cathedraliam hoc jus circa Sacramentorum omnium administrationem pertinet, ex Gloss. in c. 3. verbo. A foris veniant, de offic. Archiepiscopi, quam sequuntur plures quos refert Barbof. in *collect. ubi, nu. 4. Ferro. Manrique de præcedent. c. 32. n. 5.* non est cur Capitulum hoc privilegium privari debeat, & ea autoritate non utatur. Et eo modo quo Parochus potest uni vel pluribus delegare suam facultatem, circa suum gregem, ita & Capitulum, cujus nomine administrantur Sacramenta; supposita tamen approbatione Episcopi quoad Confessiones audiendas.*

82 Hanc tamen limitationem uno modo temperare; videlicet si in ea Ecclesia Dignitas esset ad hoc ministerium destinata cum exercitio, veluti Archiepiscopus, cui cura imminet animarum; qualis reperitur in Cathedrali Tironenensi nostri Regni, quo casu ad ipsum solum spectat: ex Gloss. verb. Sublato, in c. 2. de penit. & remiss. lib. 6. Sanchez de *Matrim. lib. 3. disp. 27. nu. 1. Cuechus lib. 5. instit. tit. 4. n. 168.* ac prout Confessiones omnium de Diocesi audit, absolvit, & penitentias injungit: *Oldrad. conf. 230. n. 2. in fin. Sbroz. zius de offic. Vicar. lib. 2. q. 14. n. 2. Azov. instit. Moral. p. 2. lib. 3. c. 1. §. 8. vers. Quæres: quos sequitur Barbof. d. num. 4.*

83 Adde etiam, Archiepiscopus tamen hoc casu non solum hæc autoritatem habere, sed eam delegare posse per totum Episcopatum, eo modo quo Parochi in suis parochiis. Ratio

est, nam cum Archipresbyter habeat circa hoc ordinariam jurisdictionem sicut ceteri Parochi, ut docet Cucus dist. lib. 5. cap. 4. num. 168. non est cur ipsi denegetur, quod ceteris competit.

99 Ex quibus Regula generalis tradenda est, proprium Sacerdotem ad audiendas Confessiones, esse primo Parochum, seu Presbyterum Ecclesie Parochialis. Secundo, Episcopum in Diocesi. Tertio, Legatum in provincia. Quarto, Penitentiarium. Quinto, Vicarium Generalem Episcopi. Sexto, Archipresbyterum Cathedralis, qui in hoc censetur Vicarius Generalis Episcopi, qui omnes, absque alterius licentia possunt Penitentiae Sacramentum administrare, & ad eos licet recurrere: ut per Doctores in cap. 2. verbo Subdito suo, ubi Gloss. de Penit. & remiss. in 6. juncto Gutierrez Canon. question. lib. 1. cap. 27. num. 24.

100 Tertio, succedit Eucharistiae sanctae venerabile, & admirabile Sacramentum, quod dupliciter considerari potest, vel quantum ad consecrationem seu consecrationem ipsius, vel quoad distributionem, prout distinguit Trullench tract. de Jure Paroch. cap. 1. num. 1. de primo nunc non est sermo; de secundo vero etiam distinguere opus est: nam licet Minister ex officio sit Sacerdos, ex Doctoribus communiter cum D. Thom. 3. par. q. 82. art. 3. quia in consecrando, & ministrando personam Christi sustinet, qui in nocte Cenae confecit, & distribuit, cap. Peruenit, de Consecr. dist. 2. juncto Trident. sess. 13. cap. 8. Diaconus vero in casu necessitatis, ex Sacerdotis commissione, & Ecclesiae dispensatione; ex late traditis a Coninch. in 3. qu. 82. art. 3. num. 18. & 19. & habetur in Concil. Carthag. 4. can. 18. de quo est text. in cap. Diaconus, in Concil. Carthag. 4. can. 18. de quo etiam videndus Trullench num. 3. Quat. tom. 3. disp. 72. sect. 1. Valquez 3. p. disp. 219. num. 11. Gratian. discept. forens. discept. 612. num. 4. Tamburinus de Jure Abbat. loco inferius citando, plures referens: hoc tamen respectu annuae sumptionis limitatur ad proprium Parochum, & quo, vel ab alio de ipsius licentia, veluti Pastore debet sumere: & in hoc consistit jus Parochi, & Parochiae: ex cap. Omnis utriusque sexus, de penit. & remiss. Concilio Carthagin. 1. cap. 7. & Melevitano 18. Tambur. de Jure Abbat. tom. 2. disp. 5. qu. 1. & 2. Bonac. cum aliis tom. 1. tract. de Sacram. Euchar. disput. 14. qu. 7. puncto 2. num. 7. cuius ratio de-

101 facti percipitur, quia ministratio Sacramentorum est de jurisdictionalibus, ac proinde urgente praecipio sive annuae Confessionis, & Communionis, sive eadem Sacramenta recipiendi in articulo mortis, solus Pastor distribuere debet, vel alius de licentia ipsius: & omnia haec pluribus donet Barbol. de offic. Paroch. cap. 20.

103 Ex dictis patet, Romano Pontifici in tota Ecclesia, Episcopo vero in sua Diocesi hoc jus competere: quia ille universalis Ecclesiae; iste vero sui Episcopatus Parochi sunt: ex Trullench n. 4. & probatur in cap. Quaecumque, to. qu. 1. cap. Praecipimus, 12. qu. 1. Barbol. de offic. Paroch. cap. 20. num. 12. qui ex Bonac. de Sacram. disput. 4. qu. 7. puncto 2. num. 11. affirmat idem procedere, etiam invito proprio particulari Parocho tom. 2. disput. 3. qu. 2. num. 2. nec in hoc dubium cadit; respectu vero Ecclesiae Cathedralis, quod proprium nostri instituti pensum est, major videtur difficultas, quam discutere & resolvere opera pretium est.

104 De Ecclesia inquam Cathedrali non ita competum est; neque enim desuper qui vel simpliciter, vel saltem secundum quid, hanc ei facultatem tribuere non audent: verius tamen & absque difficultate credo Communionem tam annuam, quam per modum Viatici posse administrari a Capitulo Ecclesiae Cathedralis, & sumi posse absque aliquo scrupulo, absque eo quod Parochus particularis possit conueniri: quam opinionem sequuntur Gutierrez lib. 1. question. Canon. cap. 27. num. 24. Sanchez de Matrim. lib. 3. qu. 27. par. 1. Bonac. tom. 1. disput. 4. qu. 7. puncto 2. num. 11. Barbol. de offic. & potest. Paroch. cap. 20. num. 24. Oldrad. conf. 130. num. 2. in fine. Sbrozus de offic. Vicar. lib. 1. qu. 3. par. 1. & lib. 2. qu. 14. num. 1. Azor. Instit. moral. par. 3. lib. 3. cap. 15. qu. 8. vers. Quares. Barbol. in collect. ad text. in c. Officium, 3. de offic. Archipresbyt. num. 4. & de offic. & potest.

Paroch. cap. 20. num. 12. Gregor. Lopez in lege 21. tit. 4. p. 1. verbo Parochianos: Bonac. de Sacram. tom. 1. disput. 4. qu. 7. puncto 2. num. 11. cuius rei etiam communiter tradunt rationem, cum Ecclesia Cathedralis sit Parochia totius Episcopatus, in ea possunt haec praecipua adimpleri, sicut in Parochia propria: & ratio rationalis est, quia in ea residet Episcopus qui est universalis Pastor: ita Bonac. disto. puncto 2. num. 10.

106 Adde praeterea, Episcopum tanquam universalem Parochum totius Diocesis, posse absque dubio dispensare, omnia Sacramenta per totam Diocesim: per text. in cap. Quaecumque, 10. quest. 1. cap. Praecipimus, 12. quest. 1. late Bonac. dist. puncto 2. num. 2. Qui probant ad ipsum propriis pertinere distribuere Sacramenta: at Archipresbytero idem competit de Jure tanquam Vicario Episcopi: d. cap. Ministerium, de offic. Archipresbyt. Ergo ad Ecclesiam Cathedralis jus illud pertinet. Quia ratione, usque in hunc diem mirabilis extat consuetudo Antverpiae, ut Senatus universus, etiam in variis urbis vicis dispersus existat, adeoque diversarum Parochiarum, ex laudabili consuetudine in Paschate; uti & in festo Nativitatis Domini de manu Episcopi, aut Primi de Clero, Sede etiam vacante, sacram Communionem accipiat: verba sunt Beyerlinch in Theatr. vite hum. verb. Parochia, vers. Rector Ecclesiae Parochialis; pag. mibi 28.

109 Nec dicas consequentiam non recte deduci; imò contrarium: nam eo modo quo Episcopo non praescribitur locus Cathedralis pro administratione Sacramentorum taxative, ita nec Archipresbytero tamquam eius Vicario: ex quo videtur hoc jus Archipresbyteri esse, non Ecclesiae Cathedralis: Nam responderetur, tale jus dupliciter considerari posse, vel respectu Ecclesiae, vel respectu Ministrum: si primo modo consideretur, Ecclesia Cathedralis, quae est universalis Parochia totius Episcopatus, capax est, & de Jure privilegium habet administrandi Sacramenta per totum Episcopatum: si secundo modo, Archipresbyter tamquam Minister, medio quo Sacramenta administrantur, non tamquam Parochus Ecclesiae Cathedralis; sed tamquam universalis Parochus Ecclesiae Cathedralis, non solum ibi, id est in Cathedrali, verum etiam in omnibus aliis Parochiis administrat, & ab eo recte recipiunt Sacramenta omnes Diocesani: ut latius infra patebit.

110 Nec obstat similiter, si dicas, totam rationem rationis Bonacinae, & ejus vim consistere in eo quod cum in Ecclesia Cathedrali residet communis Pastor, qui est Episcopus, liberè possunt in ea omnia Sacramenta administrari: quae ratio convincit quoad Episcopum, non vero quoad Ecclesiam, cum aequè in quacumque inferiori ab ipso possint recipi Sacramenta. Nam responderetur, jus Ecclesiae Cathedralis non venire tantum ex Episcopo, sed quia ex desponsatione cum ipso respectu superioritatis Cathedralitatis; ex quo sequitur quod ipse totius Diocesis Parochia; eo modo, quo Parochia particularis, ex Curato ipsius, eo ipso quod est Parochialis, oritur jus administrandi omnia Sacramenta ab ipso Curato omnibus Parochianis: unde nec Parochus potest auferre ab ipsa Ecclesia jus Parochialitatis ei competens, licet exercitum medio Parocho fiat: nec facultas alibi administrandi de licentia alterius Parochi suis Parochianis, tollit jus Parochiae, ita similiter nec suprema potestas Episcopi ubique liberè administrandi Sacramenta, tollit jus Cathedralitatis nempe ibi recipiendi, quod non pendet ab Episcopo; quia jure Cathedralitatis ei debetur: & sicut Augustae tamquam Reginae competunt jura Imperialia, quoad privilegia, supposita desponsatione cum Imperatore, nullo habito respectu ad maritum, ex l. Augustae, ff. de leg. cum vulg. aribus, ita & eodem modo supposita desponsatione Cathedralis cum Episcopo, jura & privilegia superioritatis ei competunt desponsatione jure nullo habito respectu ad sponsum; cum valeat argumentum de matrimonio carnali ad spirituale: cap. Inter corporalia, ubi DD. de translat. cum vulg. ar. Oldrad. conf. 67.

112 Et licet aliqui apud Sanchez d. disput. 27. nu. 2. limitent ad Archipresbyterum, cui de Jure competit Confessiones totius Diocesis audire, juxta text. in d. c. Officium; cui adden-

addendus est Beyerlinch in Theatr. vite human. d. verbo Parochia, titulo, Rector Ecclesiae Parochialis, vers. quod Sacramentum Penitentiae; pag. mibi 27. non verò illi, cui ex delegatione Episcopi debetur: nam hoc secundo casu, delegatio & commissio est attendenda: ramen hoc non officit, imò nostram opinionem confirmat; etenim nostra disputatio non vertit circa personam, sed circa Ecclesiam Cathedralis: quare si Archipresbyter eo quod destinatus est ad audiendas Confessiones omnium de Diocesi, potest illos absolvere: & illi hoc modo satisfaciunt praecipio annuae Confessionis: ergo dum illud impleant in Ecclesia Cathedrali simul, & sumant Eucharistiam in Paschate, absque dubio satisfaciunt; cum Cathedralis sit communis Parochia: & eo modo, quo sumendo in quolibet loco. Parochiae, id est in Capella particulari, satisfaciunt, quia totus ambitus illius Ecclesiae destinatus est pro implendo praecipio: ita sumendo Eucharistiam, simulque peccata confitendo in Cathedrali, satisfaciunt: accidens enim est quod ab hoc, vel ab alio Ministro accipiunt: quod quidem diversum est.

114 Nec similiter rectè ratiocinatur Trullench de offic. Paroch. d. c. 4. n. 10. dum postquam de communitari opinione firmavit nostram sententiam, eam extendit ad Parochum Ecclesiae Cathedralis, quem in hoc similem facit Archipresbytero, in quibus contrarium defendit, asserendo, ita consuetudine positum esse, nam cum ipse transitum faciat de Parocho ad Archipresbyterum, non rectè deducit assumptum: cum Parochus Cathedralis, sit Parochus & Pastor illius Parochiae particularis, ut diximus; & plenè probat cum pluribus ipse Trullench; at verò nostra disputatio tantum procedit in Ecclesia Cathedrali, quae cum communis Parochia sit, non est cur hoc denegetur etiam in illa Parochia, quatenus pars Ecclesiae Cathedralis est: non quatenus Parochia particularis consideratur, separata à Cathedrali, eo modo quo cetera Episcopatus Ecclesiae.

115 Nec item obstat idem Trullench in praecipua Decalogi, tom. 1. lib. 3. c. 5. dub. 2. num. 12. quatenus docet id non esse in consuetudine, ut Parochus Cathedralis, seu Archipresbyter, possit Sacramenta administrare: unde seclusa licentia Episcopi, non potest hoc facere in quorumcumque Sacramentorum administratione, absque licentia proprii Parochi, nisi alibi esset Archipresbyter deputatus, apud quem possent omnes de Diocesi confluere, & ita non adimpleret praecipuum annuae Communionis, qui in Paschate à Parocho in Cathedrali susciperet, quia à proprio Parocho seu Sacerdote debet sumere, juxta text. in cap. Omnis utriusque sexus, de penit. & remiss. qualis non est Parochus Cathedralis; cum Dionysio Papa diviserit Parochia: & facta divisione, alienis Sacramenta administrare non potest: & ita Episcopus, cui à principio commissa est cura totius Diocesis, cap. quaecumque 10. quest. 1. cap. Praecipimus, 12. qu. 1. rectè potest; Parocho verò interdicatur.

117 At licentia tanti Auctoris terminos confundit, quos explicare opera pretium est; etenim quoad Parochum nulla est difficultas, respectu verò Archipresbyteri, seu Capellani majoris, cui cura incumbit animarum universalis, sive respectu personae ab Episcopo habentis facultatem, non potest utique dubitantium enim disputatio cadit, respectu loci, id est Ecclesiae Cathedralis, quae communis Parochia est, sive respectu Parochiae ejusdem, non considerata particulari Parochia ut sic, sed tamquam pars Ecclesiae Cathedralis est; eo modo quo aliae partes, vel Capellae: & in hoc errat manifestè Trullench nihil enim divisio Parochiarum à Dionysio Papa, cetera quae dispositiones circa privilegia Cathedralium disposuerunt, quarum erectio posterior fuit: ut 2. late probavimus: & tantum circa gubernium particularium ordinatae fuerunt haec divisiones, remanente semper Episcopo universali Parocho totius Diocesis, cui pro Parochia universali datur Cathedralis propter ipsius desponsationem; unde eo modo, quo ubi Parochiae non sunt distinctae quilibet & igitur liberè Parochiam, etiam si intra limites ipsius non degat, liberè potest recipere Sacramenta in Parochia quam eligit, licet extra eam habitet, in hocque Parochus sit Pastor, ita ut etiam respectu ipsius, nulla Pa-

rochi alterius intra cujus limites degit expectata licentia: Sacramenta administret, ut in civitate Bilibirana Diocesis Tirafonenf. in nostro Atagonum Regno, & in villa Mollina Atagonum Diocesis Seguntinae practicaetur; ita pariformiter, imò majori cum ratione respectu Cathedralis, quae communis Parochia est; nullo habito respectu ad electionem cujuscumque de Diocesi, impediri non poterit à Parocho particulari susceptorum Sacramentorum; quidquid contrarium procedat in Parocho particulari illius Ecclesiae Cathedralis: quod valde diversum est: & de eo, hoc est de Ministro Ecclesiae Cathedralis, medio quo Sacramenta debent administrari, infra disputabitur.

119 Ex quibus semper memoria tenendum est, haec praecipua adimpleri non posse in Parochia Ecclesiae Cathedralis, quatenus particularis est, nisi tantum à suis particularibus parochianis: secus autem in Ecclesia Cathedrali quatenus totius Episcopatus Parochia est, eo modo quo Romae in tribus Romani Pontificis Sedibus, hoc est in Ecclesia sancti Joannis in Laterano, sancti Petri, & Sanctae Mariae Majoris, omnes satisfaciunt huic praecipio, quia totius Orbis sunt Cathedrales, & summus Pontifex, earum est sponfus. Unde cum concedat Trullench d. tom. 1. lib. 3. c. 5. dub. 2. num. 12. in fine, dubitari non posse, adimpleri praecipuum hoc cum Episcopo, quia Parochus est totius Episcopatus, quod negari non potest; per necessarium consequens concedendum est, idem jus habere Ecclesiam Cathedralis: quia sicut Episcopus est totius Episcopatus Parochus, ita Cathedralis Ecclesia ejus sponsa per talem desponsationem Parochia est totius Episcopatus; quae desponsatio & auctoritas post illam divisionem Ecclesiarum à Dionysio Papa factam resultavit: ut latissime c. 2. an Ecclesiae Cathedrales eodem tempore ac Episcopatus inceperint: latissime tractavimus.

120 Si verò morem administrandi Eucharistiae Sacramentum in diversis Ecclesiis, tam quando ad infirmos deferunt, quam quando in Ecclesia administratur, non solum quoad Ministros Sacerdotes, Diaconos, imò & Acolythes, verum etiam circa modum & solemnitate recipiendi? Consultè Gratianum late disceptation. forens. c. 412. per totum.

121 Ex dictis inferretur resolutio illius questionis: an possit aliquis se ingerere in distributione Eucharistiae sine licentia Parochi? & an sit peccatum tam in recipiente, quam in administrante? & an sufficiat licentia tacita: de quibus omnibus videndus Trullench de offic. Paroch. c. 5. nu. 4. & 5. quae omnia cessant in Ecclesiis Cathedralibus: nam supposita superioritate in his, in quibus superiores sunt, id omne quod particularibus competit Parochialibus, jure universalitatis competit Ecclesiae Cathedrali, ita ut nullius licentia interveniente omnia possit facere: juxta superius notata.

122 Jam ergo ad Matrimonii Sacramentum administrandum transitum facere opera pretium est: in quo eodem modo ratiocinandum esse credo; prout communiter docent Doctores in cap. Officium, 3. de offic. Archipresbyt. ex communi ratione, quia Cathedralis est Parochia totius Episcopatus: & exemplificando in Sacramento Penitentiae de Archipresbytero, videndi plures quos sequitur Barbol. ibi, in collectam. n. 4. & punctum in Matrimonio, Sanchez de Matrimonio lib. 3. disp. 27. per totam, ex communi ratione, & 123 quia est Curatus totius Diocesis: ideoque limitat ex aliquorum opinione, casu quo Archipresbyter exercitum administrandi Sacramenta ex suae Dignitatis institutione haberet: maxima cum ratione; nam si ex vi Dignitatis hoc competere, id ipsum ceteris Dignitatibus etiam competere dicendum esset. Verum hoc parum intererat ad questionem huius capituli; cum ut in Sacramento Penitentiae notavimus, tantum procedit disputatio circa Ecclesiam Cathedralis; quod verum putamus, quidquid sit de Ministro, medio quo id fieri debeat: unde Archipresbyter de Jure dicitur Vicarius Episcopi quoad administrationem Sacramentorum, d. c. Officium, de offic. Archipresbyt. ubi DD. Gregorius Lopez in l. 21. tit. 4. p. 1. verbo Parochianos. In-